

et sicut ait moysi. Scio te pre omnibus.
Nam si hoc eum non adiuuaret gradientem.
quod eius uię sunt inconspectu dei! non di
ceret ideo se custodisse mandata dei. et testi
monia eius. quia omnes uię suę incon
spectu sunt dni. Nouit ergo audire. ser
uite dno in timore. et exultate ei cum tre
more! apprehendite disciplinam. ne quando
irascatur dns. et pereatis a uia iusta! quia
nisi inconspectu dni eet. et uia iusta non
eet. Nam hunc timorem et tremorem apls
etiā paulus imponit eis quibus dicit. cū
timore et tremore uram ipsorum salutem
operamini! et cur hoc dixerit aperiens.
ds ē enī inquit qui operatur in uobis et
uelle et operari. pro bona uoluntate. Ad
hoc sunt ergo inconspectu dni uię iustorum
ut dirigat gressus eorum! quoniā ipse
sunt uię dni. de quibus scriptum ē in
prouerbiis. Uias autē quę a dextris sunt
nouit dns! Peruerse autē sunt quę a sinistris
sunt inquit! ut intelligeremus quod
eas non nouerit dns. Propter quod per
uersis dicturus ē. Non noui uos. Porro
ut ostenderet quo fructu uias quę a dex
tris sunt. idē iustorum nouerit dns.
continuo subiecit. Ipse enī rectos faciet
cursus tuos! et itinera tua in pace pro
ducet. Ecce quare ait etiam iste. custo
diui mandata tua et testimonia tua!
et uelut quereremus unde hoc potue
rit. quia omnes inquit uię meę incon
spectu tuo dne. Explicit sermo xxx. prim.
incipit sermo tricesimus secundus.
Vocem nunc orantis audiamus. quoniā
quis oret foete nouimus! et nos ipsos
si reprobi non sumus in membris hui
orantis agnoscimus.
Appropinquet oratio mea inconspectu
tuo dne! idē oratio mea quę fit inconspec
tu tuo. appropinquet tibi. Prope ē enī dns
his qui obtriuerunt cor. Secundū elo
quium tuū. da michi intellectum. Pro
missum petit. Nam hoc ait secundum elo
quium tuum! tamquā diceret. secundū
promissum tuum. Promisit enī hoc dns.
ubi ait! Intellectum dabo tibi.
Intret postulatio mea inconspectu tuo dne!
secundum eloquium tuum eripe me.
Repetit quodāmodo quod petiuit. Nam
quod prius dixerat. appropinquet oratio
mea inconspectu tuo dne. huic simile ē
quod ait posterius. intret postulatio mea
inconspectu tuo dne! et quod prius scdm
eloquium tuū. huic congruit quod poste
rius. secundum eloquium tuum eripe me. Accipien
do quippe intellectum eripitur! qui p se
ipsum non intelligendo decipitur.
Eructabunt inquit labia mea ymnum.
cum docueris me iustificationes tuas. No
uimus quemadmodum doceat ds. qui
sunt docibiles dei. Omnis enī qui audiuit
a patre et didicit. uenit ad eum qui iusti
ficat impium! ut non solum memoria
retinendo. uerum etiam faciendo. custodi
at iustificationes dei. Sic enī qui gloria
tur. non in se ipso sz in dno gloriatur. ym
nusq; ructatur. Sz iam quia didicit. et
laudauit doctorem dni! de inde uult
docere Pronuntiabit inquit lingua
mea eloquia tua! quia omnia manda
tua iusticia. Cum hęc se pronuntiatu
rum dicit! utiq; minister fit uerbi. Quā
uis enī ds doceat intrinsecus! tamen fi
des exauditu ē. Et quomodo audiunt
sine predicante. Neq; enī quia ds dat
incrementum! ideo non ē plantandum
neq; rigandum. Scit autē que pericula
lum secutura sunt a contradicentibus
et psequentibus! cum fuerit pronuntiator
eloquiorum dei. Propter quod adiunxit.
Fiat manus tua ut saluum me facias facere! quia
mandata tua elegi. Ut non timerem. nec
solum cor meum teneret. sz lingua etiam
pronuntiaret eloquia tua. mandata tua
elegi! timoremq; amore compressi. Fiat
ergo manus tua! ut saluum me de manu
facias aliena. Sic autē saluos ds martyres
fecit! cum eos in anima non pmisit occi
di. Nam secundum carnem uana salus
hominis. Potest et sic accipi. fiat manus
tua. ut manus dei xpc intelligatur! iux
ta illud esaye. Et brachium dni cui re
uelatum ē. Non enim erat factus uni
genitus. cum p eū facta sunt omnia!
sz factus ē ex semine dauid. ut eet ihc.
idē saluator. qui iam erat creator. Sz cum
familiare sit scripturę. fiat manus tua.
et facta ē manus dni! nescio utrum pos
sit hic sensus in eis locis omnibus obtineri. Sa
ne ubi audiuimus quod sequitur. concu
piui salutare tuum dne! etiā nolentibus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_215/0211